

Hic scire debes

Septē sunt beatitudines s̄m
 d̄stinctionem graduū. Quis. viij. sint
 s̄m essentiaz. quas saluator enumerat
 in sermone in monte h̄ito. s. paup̄tas
 sp̄s. mititas. luctus. esuries iusticie
 mundicia cordis et pax. **A** **H**az
 beatitudinū numerus accipit s̄m inte
 gritate perfectionis. Requiritur autē
 ad integritatē p̄fectōis tria. s. regres
 sus a malo. p̄cessus in bono et p̄fectus
 status in optimo. Sane autē malū p̄ce
 dit ex tumore superbie. aut ex rancore
 malicie. aut ex languore p̄cupiscentie
 Contra h̄c tria sunt tres beatitudines.
 scz paup̄tas sp̄s p̄tra malū tumoris
 mititas p̄tra malū rancoris. luctus
 malum libidinis. Itē p̄cessus in bono
 attendit s̄m divinā imitatōem que est
 s̄m duas vias d̄m. s. m̄iam et veritatez
 Unde ps̄. **U**niversę vie d̄m misc̄dia et
 veritas. igit̄ s̄m duas vias sumuntur
 due beatitudines. s. esuries iusticie. et
 affectus m̄ie. **P**reterea p̄fectus status
 in optimo attendit in duobz. s. in lim
 pida cognitione. et in tranquilla affe
 ctōe. s̄m h̄c sumunt̄ due ultime beati
 tudines. s. inūdicia cordis ad deū vi
 dendū. et pax mentis ad p̄fecte fruendū
 d̄m. **E**t notandū q̄ ad bonuz ordinare
 se tunc h̄z aīa. si bona t̄palia non dili
 gat. sed vera bona esuriet et ficiat. si eis
 ab eis separe valeat **A**d primū p̄tinet
 illud. s. beati paup̄es sp̄s. ad secunduz
 illud. beati qui esuriunt et ficiunt iustis
 ciam. ad terciū illud. beati qui persecu
 tionem patiunt̄ p̄pter iusticiā. **A**d ma
 lum vero se ordinare h̄z anima si nullū
 malū primo inferat. si sibi ab altero il
 larum vel gratis assumptū equanimif
 ferat. si alij illatū malum p̄ posse aufe
 rat. si studiosē caueat ut non inquinet̄

malo culpe. nec perturbetur malo pene
Ad primū p̄tinet illud. beati mites.
 ad secundū illud. beati qui lugent. ad
 terciū illud. beati misc̄des. ad quartū
 beati mundo corde. ad quintū illud. be
 ati pacifici **S**ciendū etiam q̄
 per beatitudines excludunt̄. vij. vitia
 capitalia. **P**aup̄tas sp̄s excludit su
 perbiā. mansuetudo irā. luctus invidi
 am. qm̄ qui luget p̄ peccatis aliorū nō
 invidet illis. esuries iusticie accidiā.
 misc̄dia auariciam. mundicia cordis
 gulaz. qz cordis mundicia non seruit
 ventri ad modū bruti animalis. pax ex
 cludit luxuriā. qm̄ gustato sp̄s desipit
 omnis caro. **H**is ergo in genere p̄e
 missis de beatitudinibz. nunc in specie
 de vnaquaqz beatitudine videamus.
Et primo de paupertate.

Capitulum XV. e

Prima beatitu

do est paup̄tas sp̄s. et p̄t̄ su
 mi p̄ abstinentia ab amore mūdi. i. ab
 amore carnaliū voluptatū ac divitiarū
 et p̄prie excellentie. h̄c tria complecti
 tur amor mūdi. **U**n̄ d̄r sup̄ lucā. **P**au
 pes sunt qui nō querūt illecebrosa. **E**t
 sup̄ mathe. d̄r **P**aupes sp̄s sunt humi
 les deū timentes. **A**lia etiā glo. dicit.
Paupes sunt qui nihil h̄nt et oīa pos
 sident. **S**pecialiter t̄n paupes spiritu
 sunt p̄tempores mundi et huiles. **U**n̄
 paup̄tatis deuotio duas habet p̄es. s.
 rez abdicatōem et sp̄s p̄tritionē. **C**ō
 remptoribz vero rez t̄paliū p̄mittit̄
 regnum celozū quasi iure emptiōis.
Unde beatus bern̄. **P**auperibz p̄iter et
 martiribz regnum p̄mittit̄ celozū. **E**st
 etiam humiliū regnum celozū. iuxta il
 lud. **S**imite paruulos venire ad me. ta
 lium em̄ est regnum celozū **U**n̄ quilibet
 deuotus et p̄cipue religiosus dicitur
 virtute paupertatis et humilitatis seu

vilitatis diligere et sibi assumere et non abdicere si desiderat regnum celorum possidere. **U**n beatus aug. in persona saluatoris sic dicit. Venale habeo. quid domine. regnum celorum. quo emis. paupere regnum. dolore gaudium. labore requies. vilitate gloria. morte vita. **h**ec aug. Sed nota domine quod non omnis pauper seu humilitas accepta est deo sed solum illa que voluntarie propter amorem dei assumitur placita est illi. **U**n beatus bernardus. Non pauper virtus reputatur sed amor pauperum. Denique beati pauperes non rebo sed spiritu. **D**icit etiam de hoc crisostomus. Sunt multi humiles nolentes. rebus necessitate coacti. non est laus. **U**n illos dominus beatificat qui seipsum ex electione beatificant. ideo autem hic incipit radicatus euellere superbiam. quia hec fuit radix et fons malicie vniuersere terra quam ponit humilitatem velut quoddam stabile fundamentum. qua subiecta cum stabilitate alia superedificantur. hac autem destructa penitunt quecumque congregaueris bona. **h**ec crisostomus. Considerandum etiam quod aliqui sunt spiritu diuites aliqui vero de spiritu nihil habentes aliqui autem spiritu pauperes. **D**e quibus richardus de sancto victore sic dicit. Alii sunt spiritu diuites. alij quodammodo de spiritu nihil habentes. alij pauperes spiritu. Spiritu diuites sunt superbiens de spiritu. nihil habentes nimis pusillanimes. spiritu pauperes humiles. **S**uperbientes faciunt non facienda perelatione. pusillanimes facienda pretermittunt per pusillanimitatem. humiles non facienda pretermittunt. et facienda faciunt per humilitatem. pauperes itaque spiritus nihil habentes defectiois nihil superfluitatis per viam regiam ducit ad beatitudinem supernam et hec de prima beatitudine.

De miritate

Ca. XVI.

Secunda beati

tudo est miritas que sequitur immediate paupertatem. quia non potest esse pauper et carere diuicijs nisi que miritas et mansuetudo fuerit. **U**n beatus ambrosius. **C**um de posueris oem peccatum et exueris oem maliciam et simplicitate contentus fueris in opere malorum superest tibi morose temperem. quid tibi prodest tibi carere secularibus nisi fueris miris. **D**ec ambrosius. **M**iritas enim ille est que mentis asperitas seu amaritudo non afficit. sed simplicitas fidei ad oem iniuriam patienter patiendam instruit. **U**n beatus augustinus. **M**irites sunt qui cedunt improbitatibus et non resistunt in malo sed vincunt in bono malo. **C**um igitur animus ex aliqua occasione ad iracundiam et moros fuerit necesse est. ut refrenet in se impatientie motum. ne brutem mansuetudinis et miritatis perdat. **A**d quod horatius beatus ambrosius. sic dicit. **M**iriga affectum. ut non irascaris aut certe iratus ne peccaueris. **P**ecclorum enim motum repate desilio nec minoris virtutis debet cohibere iracundiam quam oino non irasci. cum plerumque istud lenius hoc fortius estimet. **h**ec ambrosius. **S**ed notandum quod sunt nonnulli qui mirites ac mansueti evidenter quod diu nihil aduersitatis patiuntur. cum vero aliqua occasio ad uersitatis illis occurrerit quod longe patientia vera mansuetudine. eorum impatientia patefacit. **D**e talibus dicit beatus bernardus. **S**unt aliqui mirites sed quod diu nihil agunt aut debent nisi per eorum arbitrio. patebit autem quod longe sint a vera mansuetudine si vel lenis occurrat occasio. **h**ec bernardus. **D**iligenda vero est hec mansuetudinis virtus. que in hoc multa bona operatur. **D**e cuius commendatione iohannes abbas montis sinai sic ait. **M**iritas est patientie firmamentum caritatis porta. confidentia in oratione. spiritus sancti locus. christi imitatio. angelorum appropinatio. demonum vinculum et contra amaritudinem scutum. in cordibus enim miritium requiescit dominus. anima vero perturbans